



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Dvodecimae Calvniae Svmma,

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

Ideo fauente iā Nerone, ac tyranno nō imperatore exis-
 tente, post decenniū iterū Paulus in vincula relapsus est,
 & peius q̄ vnq̄ antea ab eo habitus. Vnde epistolā illā, q̄
 ad Timotheū habetur altera scribēs, prioris captiuitatis
 meminit his ferme verbis, In prima mea defensiōe nemo
 mihi astitit, sed oēs me dereliquerūt, non illis imputet, do-
 minus autē mihi astitit, & confortauit me, vt per me præ-
 dicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus
 sum ex ore leonis. Vbi tunc Petrus fuisse censendus est?
 Romæ reuera non fuit, alioqui Paulo causam pro capite
 apud Neronis tribunalia peroranti, & sese defendenti cū
 non adfuisse, iniquū prorsus fuisset. Quē si ex industria
 q̄q̄ dereliquerit, nulla excusatione deinceps dign⁹ habe-
 retur, Ego tamen millies tolerabilius iudico, Petrū nūq̄
 Romæ fuisse credere, quam hanc calumniam, q̄ Paulum
 destituisset, in tam sublimem Apostolū rejicere.

DUODECIMAE CALVMNIAE SVMMMA,

PAulus pacto iam dicto biennio, libertati suę restitutus
 per Neronem, quem adhuc constat benignissimū egis-
 se principē, denuo post aliquot annos, in carcerē ab eo
 dē Nerone iā fauente, & tyrannidē exercente, cōiectus fu-
 it. Ex carcere igif, secundā, q̄ ad Timotheū habet, epistolā
 scribens, prioris captiuitatis meminit, ad hunc modū. In pri-
 ma mea defensione, nemo mihi astitit, sed oēs me derelique-
 runt, non illis imputetur, dñs mihi astitit, & cōfortauit me,
 vt p me p̄dicatio impleatur, & audiant oēs gentes, & libe-
 ratus sum ex ore leonis, Vbi tūc Petrus fuisse censend⁹ est?
 Romæ reuera nō fuit, alioqui Paulo causam p capite apud
 Neronis tribunalia poranti, & sese defendenti, iniquū pror-
 sus fuisset nō adfuisse petrū. Q̄ si paulū ex industria dereli-
 quisset, nulla deinceps excusatione dign⁹ haberet. Ego tñ
 millies tolerabili⁹ iudico, Petrū nūq̄ fuisse Romę credere, q̄
 hanc calumniā (q̄ paulū destituisset) in tā sublimē Aposto-
 lum rejicere,

ij, Timo, iij, 3

RESPONSIO.